Quelle: http://manuscripta.at/?ID=387
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ubi uenit de celo spc scs. ⁊ impleuit uno loco sedentes centū
uiginti. Duodenarius ille numerus decuplatus erat. sedebant cen
tum uiginti homines. et uenit spc scs. ⁊ impleuit totū lo
cum. ⁊ factus est sonus quasi ferretur flatus uehemens. ⁊ lingue uise
sunt uelut ignis. Audistis actus apostolorum. hodie lecta est ipsa lec
tio. Cepertur linguis loqui quomodo spc dabat eis pronuntiare. ⁊ omnes
qui aderant illic de diuersis gentibus uenientes iudei agnosce
bant quisque linguam suam. ⁊ mirabantur illos idiotas ⁊ imperitos su
bito didicisse non unam aut duas linguas. sed omnium omnino gen
tium. Ubi ergo iam omnes lingue sonabant. omnes lingue credituri
ostendebantur. Isti autem qui multum amant xpm. ⁊ ideo nolunt co
municare ciuitati que inter fecit xpm. sic honorant xpm ut
dicant illum ad duas linguas remansisse. latinam ⁊ punicam. id est
africam. Sole due lingue tenent xpm. Iste enim due lingue so
le sunt in parte donati. plus non habet. Et uigilemus fratres. uideamus po
tius donum spc sci dei. ⁊ credamus ante dictis de illo. ⁊ uidemus im
pleta que ante dicta sunt in psalmo. Non sunt loquele neque ser
mones. quorum non audiantur uoces eorum. Et ne forte ⁊ ipse lingue
uenerint ad unum locum. ⁊ non potius donum xpi uenit ad omnes ling
uas. Audi quid sequitur. In omnem terram exiuit sonus eorum. ⁊ in fines
orbis terre uerba eorum. Quare hoc. Quia in sole posuit tabernaculum suum
i. in manifesto. Tabernaculum eius caro eius. tabernaculum eius ecclesia eius. in sole
posita est. non est in nocte, sed in die. Sed quare illi non agnoscunt. Qui
55 odit fratrem suum in tenebris ambulat. ⁊ nescit quo eat. quo tenebre
excecauerunt oculos eius. Nos ergo sequentia uideamus. ⁊ non simus in tenebris.
Unde non erimus in tenebris. Si amemus fratres. Unde probatur si amemus fraternitatem.
55 quia non conscindimus unitatem. quia tenemus unitatem. Scribo uobis filioli
55 quia remittuntur uobis peccata propter nomen eius. Ideo filioli. quia re
missis peccatis nascimini. Sed per cuius nomen remittuntur peccata. Numquid
augustini. Ergo nec per nomen donati. Quis augustinus. aut quis donatus.
Nec per nomen pauli. nec per nomen petri. Nam diuidentibus sibi ecclesiam